

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Superbia az
cum fonte primo

Superbia

de angelo dyabolum fecit, et homini mortem intulit, et concessa beatitudine uacuauit; omnium malorum mater, scelerum fons, uena nequitiae.

Cassiodorus super Psalmum XVIII.

Maximum uero delictum est superbia, qua et diabolus cecidit et hominem traxit. Quantum enim in malo magnum sit, hinc datur intellegi, quae ex angelo diabolum fecit, quae homini mortem intulit et concessa beatitudine uacuauit. Omnium malorum mater, scelerum fons, uena nequitiae; scriptum est enim: *Initium peccati omnis superbia*, quam tamen Dominus ueniens sua humilitate deiecit.

Aurelius Cassiodorus, *Expositio Psalmorum*, 18, 14 (CCSL 97, M. Adrien ed., p.176, ll.285-290).